

Westergylland, Bo Nicklesøn, oc Erich Tordsøn Suenske. Disse 8. gode Mend skulle sammen komme til Helsingborg, S. Hans dag, oc huad de sige der om, der ved skal det bliffue paa begge sider. Kand de icke paa samme tid gjøre en endelig Forhandling, skal dog forneffnde Anstand vare. Døer nogen aff forneffnde Wnderhandlet [ø: Underhandlere] midler tid, da skal en anden Vasal aff det Rige tilskickis. Vi skal icke regne de Skaaninger til verste, at de hafue hulpet de Suenske udi denne Krig. For forneffnde Anstand at holdis, hafue loffuet Bisp Peder af Roskilde, Marschallus Ludouicus, Johannes Kane, Inguarus Hiort, Nicolaus Hollingersøn, Clemens Herluffsøn, Albertus Albertsøn, Hemmingius Pedersøn, Ericus Jffuersøn, Olaus Esgersøn, Eschillus Gris, Tidemannus de Orzen: Promisimus fide data et Sigilla nostra præsentibus duximus apponenda: debent etiam nobiles Principes Dominus Woldemarus Marchio Brandenburgensis, avunculus noster dilectus, Ericus Dux Jutiæ, consanguineus noster, Henricus Dominus Megapolensis, et Domicellus Hennikius Comes Holsatiæ, frater noster, præ promissis [ø: premissis] firmiter observandis, promittere et super hoc apertas literas suas dare *). Datum Anno, die et loco supradicto.

2174.

1318 d. 12—17 Nov.

ØDE TANNE säljer till Priorissan Margareta i S:t Johannis kloster i Calmar en sjettededels åtting och 2 penningland i Wangersclæwæ (Wångaslätt i Åby?).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus ego ØDÆ dictus TANNÆ salutem in omnium saluatore, vt rebus gestis maior fides adhibeatur expedit scripturam aliquociens fieri que contineat testimonium veritatis. Nouerint igitur vniuersi quod vendidi Domine Margarete priorisse beati Johannis kalmarnie totam terram quam habuj in wangersclæwæ, que continet sextam partem attungi cum duobus denarijs, et in predicta terra sex thøn possunt seminari, intra sepes, et extra, in sicco, et matido [ø: madido] pratis, et siluis, et cum omni iure sibi attinenti a me totaliter aligenau, et ad vsum et vtilitatem libere inperpetuum possidendam, Insuper si aliquis heredum meorum contradixerit

*) Enligt HVITFELD, l. c. p. 407, utgafs en sådan förbindelse i Vordingborg feria 6:a proxima post Martini. (d. 17 Nov.) af "Woldemarus Marchio Brandenburgensis et Lusenitz, Erich Hertug aff Judland, Henrich aff Mekelnborg, Hennecke Greff aff Holsten", hvilka hade varit närvarande i Roskild vid traktatens uppgörande.

de certitudine et cautela predictæ terre promitto, et ratum obseruabo sufficientem certitudinis cautionem(!), Jstud rite factum presentes fuerunt, Dominus hinricus glusinch. Dominus haroldus stubbæ, Sweno bý, petrus cabbæ, Dominus alguttus sacerdos curatus abý, Scientes quod sigillum proprium non habui, Sed sigilla istorum predictorum presenti littere sunt appensa. Datum anno domini. M^o. CCC^o. XVIII^o. Jnfra octauam beati Martini episcopi.

På frånsidan: Breff vppa gotzit Jnnan wangersleff.

Sigillen: N. 1, 2, 5 skadade; 3, 4 fullständiga; 6 saknas, men remsan qvar, (N. 1—3 adliga).

2175.

1318 d. 23 Nov.

Stockholm.

Hertiginnorna INGEBOURG taga Thideman Friis, hans gods och åbor på Arxö under deras personliga hägn och lofva honom 3 års skattefrihet, likväl med undantag för allmänna krigsgärder, böter för edsörebrott, mord och tjufnad. (Jfr. N. 757, 807 och 2164).

Registr. Eccl. Upsal. perg. pag. 37. (fol. 41).

Omnibus presens scriptum cernentibus JNGIBURGIS et INGIBURGIS dei gratia ducisse sweuorum salutem in domino sempiternam, nouerint vniuersi, quod nos discretum virum dominum tidhemannum dictum friis cum omnibus bonis suis in arxø mobilibus et immobilibus, villicis colonis familiis et personis in eisdem bonis commorantibus sub nostre protectionis munimen et tutele gratiam recipimus specialem, dantes et declarantes ipsum cum predictis bonis et personis a die presenti vsque ad tres annos, ab omnibus causis et iuribus regalibus videlicet skipwist spannamala ac aliis exhibicionibus impositionibus et solucionibus quibuscunque nomini nostro vel iure debitis liberum penitus et exemptum, si vero expeditionem nostram euocari, aut generaliter de toto regno subsidium requiri vel corone iuramentum, seu iudicium nostrum infringi aut in occultis homicidiis mordh dictis, vel furtis quempiam conuinci contigerit Jsta sibi nullatenus libera reddimus, sed ordinationi nostre specialiter volumus pertinere, Prohibemus igitur firmiter et districte, ne quis cuiuscunque condicionis vel status ipsum, super premissis bonis vel personis, contra hanc nostre defensionis formam et libertatis gratiam sibi indultam, impetere, grauare, vel molestare presumat, seu quomolibet impedire prout gratiam [nostram] diligere voluerit inoffensam datum stokholmis Anno domini M^o CCC^o decimo octauo in die beati clementis pape et martiris.